

ARGUMENTUM cum Remissionibus.

In toto hoc capite Evangelista narrat, quomodo Christus D. cœcum à nativitate die Sabbathi illuminaverit: Unde Vers. 14. Pharisei

Christum, ut Sabbathi violatorem arguunt: At cœcus jam videns Christi sanctitatem defendit: Ex quo Pharisei vers. 34. extra Synagogam eiciunt; eumque Christus recipit, & cœcus prociens adorat eum. Quod totum explicavi to. 4. c. 14. per multas 99.

ARGUMENTUM cum Remissionibus.

CAPUT X.

MEN, amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ovile ovium sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. 2. Qui autem intrat per ostium, pastor est ovium 3. Hic ostiarius aperit, & oves vocem ejus audiunt, & proprias oves vocat nominatim, & educit eas. 4. Et cum proprias oves remisit, ante eas vadit, & oves illum sequuntur, quia sciunt vocem ejus. 6. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non noverunt vocem alienorum. 6. Hoc proverbium dixit eis Jesus. Illi autem non cognoverunt quid loqueretur eis. 7. Dixit ergo eis iterum Jesus: Amen, amen dico vobis, quia ego sum ostium ovium. 8. Omnes quotquot venerunt, fures sunt, & latrones: sed non audierunt eos oves. 9. Ego sum ostium: Per me si quis introierit, salvabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inveniet. 10. Fur non venit nisi ut furetur, & mactet, & perdat. Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant. 11. Ego sum pastor bonus: Bonus pastor animam suam dat pro ovibus. 12. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit, & lupus rapit, & dispergit oves. 13. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ovibus. 14. Ego sum pastor bonus, & cognosco meas, & cognoscunt me meæ. 14. Sicut novit me Pater, & ego agnosco Patrem, & animam meam pono pro ovibus meis. 16. Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili, & alias oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ovile, & unus pastor. 17. Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam. 18. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à me ipso, & potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi à Patre meo. 19. Dissensio iterum facta est inter Judæos propter sermones hos. 20. Dicebant autem multi ex ipsis, dæmonium habet, & insanit: quid eum auditis? 21. Alij dicebant, hæc verba non sunt dæmonium habentis, nunquid dæmonium potest cœcorum oculos aperire? 22. Facta sunt autem Encænna in Ierosolymis: & hyems erat. 23. Et ambulabat Jesus in templo, in porticu Salomonis. 24. Circumdederunt ergo eum Judæi, & dicebant ei: Quousque animam nostram tollis? Situ es Christus dic nobis palam. 25. Respondit eis Jesus, loquor vobis, & non creditis. Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me. 26. Sed vos non creditis, quia non estis ex ovibus meis, sicut dixi vobis. 27. Oves meæ vocem meam audiunt, ego cognosco eas, & sequuntur me. 28. Et ego vitam æternam do eis: Et non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. 19. Pater meus quod dedit mihi majus omnibus est, & nemo potest rapere de manu Patris mei. 30. Ego & Pater unum sumus. Sustulerunt ergo iterum lapides Judæi, ut lapidarent eum. 31. Respondit eis Jesus. 32. Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis. 33. Responderunt ei Judæi, de bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu homo cum sis, facis te ipsum deum. 34. Respondit eis Jesus. Nonne scriptum est in lege vestra, quia Ego dixi, dij estis? 35. Si illos dixit deos: ad quos sermo dei factus est; & non potest solvi Scriptura: 36. Quem pater sanctificavit, & misit in mundum, vos dicitis: Quia blasphemus: 37. quia dixi, filius

filii Dei sum: Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. 38. Si autem facio & si mihi non vultis credere, o peribus credite, ut cognoscatis & credatis quia Pater in me est, & ego in Patre. 39. Quærebant ergo eum apprehendere; & exivit de manibus eorum. 40. Et abiit iterum trans Jordanem in eum locum ubi erat Joannes baptizans primum; & mansit illic. 41. Et multi venerunt ad eum, & dicebant: Quia Joannes quidem signum fecit nullum. Omnia autem quæcumque dixit Joannes de hoc, vera erant. 42. Et multi crediderunt in eum.

ARGUMENTUM cum Remissionibus.

ARGUMENTUM cum Remissionibus.

Primò, Vers. 1. Christus D. duas parabolas proponit, Unam ostij: Aliam pastoris Ovium; & utramque sibi attribuit, & ideo vers. 7. ait: Ego sum ostium ovium & vers. 11. etiam de se ait: ego sum Pastor bonus &c. & utraq; parabolam jã explicavi tom. 4. c. 19. & etiam hęc dicam

Secundo, Vers. 22. Cum facta essent Encænna & hyems esset, ambulabat Jesus in porticu Salomonis; quærunt ab eo Judæi, an ipse esset Messias; Respondet se esse Christum, & Judæos noluisse eum cognoscere: Ex quo Judæi tollunt lapides adversus Christum; ipse verò invisibiliter elabatur è manibus eorum; quod totum explanavi usque ad finem Capituli tom. 4. cap. 31. & hęc etiam dicam nonnulla.

Bonus Pastor.

QUÆSTIO I.

Quare omnes fideles ad Christum venientes Oves dicuntur?

DE hoc Evangelio boni Pastoris multa dixi citato tom. 4. cap. 19. Nunc vobis aliqua prælibanda sunt: Et ait Christus in præsentii n. 2. Qui autem intrat per ostium pastor est Ovium; & Oves vocem ejus audiunt, & vocat eas nominatim. Sub Christo omnes dicuntur Oves, dum ipse nominatim vocat. Recogita id quod dicitur Gen. 1. 2. n. 19. Formatis igitur Deus de humo cunctis animalibus terra, & universis volatilibus Cæli, adduxit ea ad Adam, ut videret quid vocaret ea. Ecce Leo, Ursus, Lupus, & Aquila, Ovis, Bos veniunt ad Adam, ut ab eo nomen accipiant; Apud Sylveira in Evang. Tom. VI

Adamum commemorantur universæ bestia, ut ab eo nomen accipiant: At apud Christum solum referuntur Oves, quæ ab ipso nominatim dicuntur, & agnoscuntur. Hi qui ad Christum veniunt, etsi antea essent moribus feræ bestia, rugientes leones, rapaces lupi, insipientes ursi, & feroces tauro; tamen ut ad Christum accedant, ejus Ecclesiam ingrediuntur omni ferocitate, ac pravitate deposita, fiunt pacifica, humiles, ac mites oves. D. Athanasius Sinaita lib. 9. Hexamer. ait: Nominavit quando eas adduxit ad Adam, ut videret quid eas vocaret; sed quando congregabantur quidem, dicebantur bestia, quando autem introductæ sunt in paradisum, & in stabulum boni Pastoris, effecta conformes Agno Christi sunt in oves nominatæ sunt omnes. Tanquam in figura præcessit, quod bestia aliàs natura sanguinolentæ, ut paradysum attigerunt, mansuæ ad unum ter, & concorditer venerunt ad Adamum, ut ab illo nomen acciperent: Sic homines lupinis moribus dediti, cum ad domum Dei veniunt mutantur in Oves, ac si cuncti essent ejusdem conditionis, ac natura.

Dicebat illa Sponsa: Nigra sum sed formosa, Cant. 1. n. 5. Si nigra & deturpata facie erat, unde fieri potuit, quod esset elegans, ac formosa? Quia Jesus eam dilexit, ad se illam traxit, ad seque sociavit; quia animas, etsi turpes, quas Jesus diligit in miram ac admirabilem pulchritudinem transfert. D. Nyssen. homil. 2. in Cant. sic ait Ipsa discipulis addit miraculum, quod facit in se factum est, ut magis discamus sponsæ benignitatem, qui dilectæ indicat pulchritudinem: Nocte, inquit, mirari, quod me dilexerit reddendo; sed quod cum nigra essem peccato, & per opera affinis essem, & conjuncta tenebris; me pulchram facit per dilectionem, sua pulchritudine communicata cum mea turpitudine: Hæc est mutatio dexteræ dei excellenti, quæ sola potest animas deformes, depulsa turpitudine, pulchras, & elegantes reddere.

Pro quo Nota, quod Moyses duxit in uxorem Seiphoram filiam Sacerdotis Madian. Exod. 2. n. 21. Et semper nigra, & Æthiopsilla dicta est, Num. 12. n. 1. At Anima licet esset nigra; ubi tamen Dei domum attigit, ipsique juncta est, nunquam amplius dicta est nigra, sed semper dicta formosa, pulchra, pulcherrima inter mulieres, Cant. 1. n. 7. Tota pulchra es & sine macula, Cant. 4. n. 7. Et sæpè apud ejus elegantiam maxime decantatur in toto Cantici libro, quod si sic formosa, pulchra, speciosa, & columba: Quid est hoc, quod hæc Anima Cantico. licet esset nigra, tamen amplius nunquam talis dicta, sed semper formosa, pulchra, speciosa, & columba? Uxor verò Moysis cum esset nigra, & Æthiopsilla semper talis permansit, & dicta est? Hæc est virtus solius Dei, & quæ solum in ejus Ecclesia cernitur, quæ gratia ipsius spõ si id habet, ut quos admittit, in melius convertat, depulsa

Domus Dei omne muta in melius.

Sinaita.

Cant. 1.

Deus, depulsa nostra deformitate nos pulchros facit. D. Nyssen.

Cantic. 1. Cant. 4.

Qui ad Ecclesiam veniunt mutantur.

D. Bernard.

omnia sua antiqua vetustate. Ad rem pracla e D. Bernard. serm. 2 in Dominicam 1. post Epiphaniam, haec ait: *Mysis quidem Aetna passam duxit uxorem, sed non potuit ejus mutare colorem. Christus vero, quam adamavit ignobrem adhuc & fedam, quosiam sibi exhibebat Ecclesiam non habentem maculam, neque rugam.*

QUESTIO II.

Quare oves Vocem sui Pastoris audiunt & tam sedulo ipsam sequuntur?

At Sacer Textus in praesenti, n. 3. de bono Pastore agens: Oves vocem ejus audiunt, & proprias oves vocat nominatim, & educit eas, & cum proprias oves miserit, ante eas vadit & oves illum sequuntur. Ante eas vadit, ut eas a leone, lupo, ac latrone defendat, & ad optima pascula adducat, ut late explicavi citato cap. 9 q. 3 pro quo ad te, quod de bono pastore dicitur, quod oves vocem ejus audiunt; & eas vocat nominatim, nomine ovium & proprio suo nomine; de mercenario autem, & malo pastore, non dicitur, quod oves vocem ejus audiunt, & quod eas vocet nominatim.

Diffinitas quaestio

Rupertus.

Pro qua re audiendus est Rupertus lib. 9. in Io. qui sic ait malis pastoribus, *illi nequaquam oves vocant nominatim; sed e contra perveris utuntur nominibus, dum dicunt bonum malum, & malum bonum, dum dicunt tenebras lucem, & lucem tenebras, in iustificati impium, & iustitiam in iusti auferant ab eo, quod ad nodum fuerit, & latrones. Non ita iste, sed proprias oves vocat nominatim. Id est, cum sint oves, & non hedos vocat, sed ut sint oves, blandit ad familiariter appellat, & si quando hodi fuerint, non hoc male dicit ore tyranni, quando inproperat illis. Ecce discrimen inter tyrannicam, & legitimam potestatem: Nam tyrannica & illegitima cum violentia agit, injuriis, & contumeliis bonum afficiens; & ideo oves vocem ejus non audiunt, nec eas nominatim dicit, sed ut hodos appellat, flagello, ac verbere utens. At legitima potestas pastoritiam lenitatem amat, nec baculo, nec pugnis ferit, nec verbis, ac contumeliis pungit sed voce leni, ac mansueti errantes admonet, ut ad bonam frugem trahat, ad quod nos optimo exemplo boni pastoris inducit D. Lucas 15. n. 5. Siquidem bonus pastor postquam multa passus est, querens errandam ovem, qua inventa, nec duro verbo, nec aspero flagello utitur. Sed cum invenerit eam inponit in humeros suos gaudens: Tanquam festiva eam amplectens: Qua de re elegantissime D. Nyssenus de poenitentia fatetur, & ait: *Errantem invenit, inventam autem non verberavit, nec urgendo vehementius a grege, n compulit, sed humeris suis impostam, leniter tractans ad gregem gestavit. At Roboamus dum duro verbo, & inhumanis flagellis utitur gregem dissipat: Reg. 1. 2. n. 14. & 15.**

Illegitima potestas dure, legitima affabiliter agit.

Luc. 15.

D. Nyssen.

Secundo: Vocem sui Pastoris oves audiunt. Et ipsum sequuntur. In hoc sum na ovium obedientiam cum eximio amore erga suum pastorem demonstratur: Iterum redeat citata parabola boni pastoris, qui post multam fatigationem, ac laboriosum iter, cum invenerit, im-

3. Reg. 11.

6.

ponit in humeros suos gaudens: Luc. 15. n. 5. Contemptu fatigationis dispendio, ovem in humeros elevat cum ingenti animi hilaritate. Quid mirum ergo, quod tam prompte vocem pastoris audiant, & tam avidè ipsum sequantur, cum ejus sollicitudinem, curam ac amorem erga suas oves agnoscant, cum contempto proprio labore sub eorum commodis in comba, cum denique, tanquam sui oblitus de suorum utilitate sic sollicitus?

Accessit Centurio ad Christum rogans, ac humiliter petens, ut sanaret puerum suum infirmum, intendens non quod Dominus descenderet in domum suam; sed tamquam quod verbo imperet sanitate; & ad hoc proponit exemplum suorum servorum ob sequelam commendans. Ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites; & dico huic, Vade, & vadit; & alij, Veni, & venit; & servo meo Fac hoc, & facit: Matth. 8. n. 9. Etsi mandata sint diversa; omnia tamen aequali, & prompta obedientia adimplentur, & in tanta militum copia nullus est, qui obmurmurans truculentia ferocia, mandata respuat, sed omnes gaudentes ad ejus executionem volunt: Et quanam hujus rei causa? Benigna humanitas Centurionis in suos, pro salute unius pueri misit legatos ac rogatores ad Christum: Luc. 7. n. 3. Deinde ipse profunda humilitate deprecans, ac exorans venit, omnemque lapidem movet pro sui famuli incolumitate: His studiis maxime alliebat animos, & ingenuè omnium devinebat affectus ut voluntas ejus esset omnium voluntas D. Basil. Sel. orat. 1. 9. sic ait: *Pro servo legationem obij; neque servum sprevis per agritudinem corpore detabescens, neque servi contempserit afflictionem, herili fastu turbens, neque praevoluptate, quam ex numerofo satellitio capiebat, pueri immobilitis oblitus est: Verum obibat investigans periculo remedium: Etsi Centurio magno militum numero esset stipatus; & cum servi, viderent Dominum tam sollicitum pro suorum commodis; inde omnes maxime stimulati satagebant ejus obsequiis inservire, & ab ejus minimo nutu non deficere.*

Luc. 15. Sollicitudo ac cura Domini de vinctis subditorum animos.

Matth. 8.

Luc. 7.

D. Basil. Sel.

Benignitas Domini in suo stimulo est ad obsequia.

D. Tuma.

Exod. 13. Pastor exemplum miraculo praestat erga oves.

Plus pravole exemplum ad perdendum, quam omnis astutia diabolici.

Lippoman.

paetum ad transfundendum peccatum in genus humanum, radice vitiatum erat cum Adamo, & non cum Eva: Unde si mulier peccaret gustato pomo vetito, & Adamus non comederet, nulla macula originalis transfunderetur in posteros. Cur ergo prius rem habet cum muliere, ut eam alliciat ad peccandum? cur ergo non prius omni sua arte, ac machinatione in hominem irruit, sed prius in mulierem, ut comederet, & comedens daret Adamo? Tullius de fructu illius, & comedit, dedique viro suo, qui comedit; lib. n. 6. pro certo habuit diabolus, quod efficacius erat ad praevicationem inducendam mulieris exemplum comederis, quam omni sua astutia, arte, ac machinatione conficta. Lippoman. ait: *Accepit non serpens sed mulier de fructu lig. n. 1. Consensu in opus prohibuitum, peccandoque proficiens conjorem sceleris incedendo virum. Eva seducta est colloquio; Adamus vero praecipitatus exemplo, Vide sup. Luc. quaeft. 1. n. 16. & in omnibus meis libris Verb. Exemplum.*

Encania facta

QUESTIO III.

Quare Divina Providentia disposuit, ut in hyeme Encania fierent?

16.

At N. Evangelista in praesenti, n. 22. *Facta sunt encania in Jero. oliminis & hyems erat: de quo late tractavi tom. 4. c. 3. 1. per duodecim qq. Deinde accipe istud magna consideratione dignum, nempe quod Encania, seu festum renovationis fieret in Hyeme. Nonne melius erat tempus Veris ad renovationem? nam totus mundus Vere renovatur, primaeque novae formationis splendore inluit; Hyeme vero vigent tempestates, procellae, ac turbines; quae magis sunt aptae ad consumendum, ac destruendum, quam ad innovandum. Cur ergo Deus alta sua sapientia disponit, ut templi renovationes fiant Hyeme, & non Vere? Ut tali documento homines instruerentur, quod tutiores, ac securiores adversus furentes, ac eventientes mundi tempestates fierent, si in renovationem novae vitae colligerent, cum novo virtutis flore sese componentes, ac exornantes, novam vitam resumentes. Theophyl. apud Caten. D. Thom. ait *Satages tu quoque dum Hyems imminet, id est, vira praecens turbibus iniquitatis, concussa spiriuales encanias tui tem. li celebrari, semper renovando te ipsum. Ad crudeles tempestates, ac effectentes ventos cavendos, ac superandos, quibus adversarij te impetunt, hoc magnum, & singulare praesidium est, te ipsum innovare, ac indumenta primae, ac novitiae virtutis assumere.**

Maxime securus est homo si prima va virtutis fervores assumit.

Theophyl.

Joan. 17.

Si habeas primam puritatem omnium suorum, D. Hilari.

Non aliena desiderat, est talis, qualis fuerat postulat, & precatur id se, quod antea erat esse, gignit, scilicet, ad id, quod fuit. Prima illa conubula aeternae generationis in humanitate splendescere exoptat, quo solo securus, & triumphator inter hostiam lactamina iret; ut nos suo exemplo informaret, ut inter debacchantium adversariorum tempestates, toto effectu intendamus nostrae primae nativitate incunabula, quae habuimus in baptismo, & his muniti omnia adversaria superabimus.

Joanni loquitur Angelus: *Veni ostendam tibi sponsam uxorem Agni: Apoc. 21. n. 9. Maxime notandum quod vocat sponsam, & uxorem, cum inter haec magnum sit discrimen, Nam sponsa, illa nuncupatur, quae tunc primo traditur viro & adhuc extat, & perseverat in nuptiali festivitate; & tunc recens in domo viri, ac ejus thalamo introducta est; uxor vero, illa nuncupatur, quae iam grandeva est, & valde remota a festivitate nuptiali, & per multum tempus perseverat in domo viri: Quomodo ergo dicitur Sponsa & Uxor? Si uxor est, ad quid necesse est, eam sponsam nominare? Hoc habent illae beatae animae, quae Divino Sponsae adherent, quod licet per multum tempus illi sint adiunctae, nunquam amoris fervore senescunt; sed sic tanto vigore, ac animi solertia se habent adversus turbines, ac contrarietates insurgentes, acsi tunc primo ad noviter adiungerentur; nunquam enim in suo amore veterascunt. Rupert lib. 12. in Apoc. sic ait: *Quare utrumque dixit, & Sponsam, & uxorem Agni. Videlicet, quia etiam illic, ubi iam uxor erit, sponsa nihilominus permanebit; quia nimirum in illa beata copula semper uxor cum filijs semper sponsa erit, permanentibus nuptiis, & sponsalibus festis. Perpende verba: Ubi iam uxor erit, sponsa nihilominus permanebit: Etsi iam ab antiquo Anima sit Deo adiuncta, non inde frigidit, sed ita quotidie innovatur, ac si tunc recenter advenisset, & esset copulata.**

Apoc. 21.

Virtutis affectus, semper ut recens in novitate.

Rupert.

13.

Cum mittitur Jeremias ad praedicandum populo incredulo, ac contumaci, ait ei Deus c. 1. n. 18 *Ecce dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream, & murum aeneum: At Isaias de se dicebat c. 16. n. 11. Venter meus ad Moab quasi cibaria sonabit, & viscera mea ad murum coeli lateris. Quae verba sic leguntur a Nicetas in Nazianz. orat. 43. Venter meus super Moab quasi cibaria sonabit, & praecordia mea quasi murus, quem innovasti. Nunquid hujusmodi duo Prophetae sibi adversantur? Nam ut valentia, ac constantia Jeremiae exprimat, declaratur per murum aeneum, At Isaias non murus aeneus, sed murus innovatus dicitur, forsitam, quia ipse infirmior est Jeremia? Absit hoc; sed idem est apud Deum murus aeneus, ac murus innovatus, & id quod in Jeremia exprimitur per murum aeneum, in Isaias significatur per murum innovatum; nam validissima sunt apud Deum ea, quae quotidie innovantur ad confringendas omnes ad versas, & aereas potestates. D. Nazianz orat. 43. ait: *Innovatur etiam apud alium Prophetam murus aeneus, hoc est, non fallor anima firma, & aurea, recensque ad partem compacta. Quod enim uni praestabat murus aeneus, alteri conferebat murus innovatus: & per utrumque significatur anima firma & constans apud Deum.**

Isai. 16.

Nicetas.

Innovatio, ac renovatio in virtute multum proficit.

D. Nazianz.